www.e-rara.ch

# [Liber sextus Decretalium]

## Bonifatius

## [Basel], [1. September 1494]

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: Nn VIII 5

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-16283

## Lectura arboris affinitatis

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Ad arborem affinitatis et eius materiam transeamus. Et primo videndum est quid sit affinitas: et unde dicatur: et quot ipsius genera insurgant et gradus computentur: deinde arborem formemus: ponemus postea quedam notabilia. et quasdam questiones. ¶ Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proveniens ex nuptijs: et requiritur secundum leges quod legittime sint nuptie non interdicte: ut contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. sciendum. ¶ Et dicitur affinitas quasi duorum ad unum finem unitas: eo quod due cognationes diverse: per nuptias secundum leges: vel per coitum secundum canones cupulantur: et alter ad alterius cognationis finem accedit: ut in ea. l. §. affines. Sed quod per fornicarium coitum et incestuosum secundum nos contrahatur affinitas: patet de eo qui cogno. consan. vxo. sue. c. discretionem. et. c. pe. Sed consideratio legis fuit circa hereditates et tutelas deferendas. et ne quis cogatur adversus affinem testimonium dicere. ff. de gradi. l. iurisconsultus. in prin. et. ff. de testi. l. iij. et. iiij. q. iij. §. item in criminali. &. item. l. iulia. sed cano. quo ad matrimonia prohibenda: consideravit unionem carnis que insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc. quod concurrere potest attinentia consanguinitatis: et affinitatis. ut si quis cognoscat consanguineam suam: omnes consanguinee utriusque sunt utrique affines. ¶ Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum: quod durat etiam mortua persona: qua mediante contrahitur. xxxv. q. x. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extra ordinaria que fit extra claustra pudoris. xxxv. q. iij. extraordinaria: et adde quod ibi no. ¶ Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate: interdum sine: et publica honestas interdum sine affinitate: ut si cognosco uxorem vel sponsam: hoc impedimentum est publice honestatis et affinitatis. si cognosco non sponsam: hic affinitas sola est si sponsam nondum cognovit: ibi sola publica honestas: hoc dico quia si mortua est uxor tua: vis contrahere de dispensatione ecclesie cum consanguinea sua: et ecclesia dispensat: quod possis contrahere cum illa non obstante quod sit tibi affinis tali gradu: per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis: non tamen sublatum est impedimentum publice honestatis. debes ergo facere exprimi quod possis cum tali contrahere non obstante impedimento publice honestatis: pro eo quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu: et non obstante quod est tibi affinis in quarto. pro eo dictam desponsatam carnaliter cognovisti: et tunc matrimonium procedere non poterit. ¶ Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam. Persona addita persone per carnis copulam mutat genus. sed non gradum. Isto modo si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis: cognoscit mulierem: illa est mihi secundo gradu affinitatis: et primo genere: si alius eam cognoscit ille attinet mihi secundo genere affinitatis et secundo gradu. si ille aliam mulierem cognoscit: illa attinet mihi tertio genere affinitatis. et secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem: et quia Ber. plene tradidit. s. de consangui. et affi. non debemus: hic circa hoc non insisto. Ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliam personam carnali copula: persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis. si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat: ille attinet mihi secundo genere: si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat: illa est mihi affinis tertio genere. sed eodem gradu. ¶ Est igitur videre de gradibus. Certum est quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere: et in illo usque ad quartum gradum. sed affinitas non habet suam specialem computationem graduum: sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem. si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa: vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus: secundum regulas quas tradidi in proxima arbore: et quoto est tibi ille consanguineus: toto: mulier est tibi affinis. et semper in primo genere. ¶ Nunc formemus arborem et in medio arboris sunt quattuor cellule. et in prima superiori ponitur primus gradus: in secunda secundus: in tertia tertius: et in quarta quartus gradus. Et de his primo queritur. quare ponantur in medio fratris et sororis? Secundo quare non exprimant attinentiam: dicendo primus gradus affinitatis et sic de singulis? Ad primum dic hoc fuisse ut detur intelligi quod affinitas oritur ex consanguinitate: et quod ab utroque sexu virili et femineo affinitas contrahatur. Ad secundum dic attinentiam non fuisse expressam ut illa computatio graduum ad consanguinitatem et affinitatem referatur: unde soror et frater sunt in primo gradu consanguinitatis: et frater et vir sororis sunt in primo gradu affinitatis. et sic de alijs. ¶ Deinde a latere dextro dicte linee ponitur alia linea quatuor cellulas continens: in prima scribitur frater: in secunda fratris filius: in tertia fratris nepos: in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas: in quarum prima scribitur uxor fratris olim relicta: in secunda uxor filij fratris. in tertio uxor nepotis fratris: in quarta uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt alie quattuor cellule: quarum prima soror: secunda sororis filia: tertia sororis neptis

Regula

Gradus affinitatis

Forma tio arboris

quarta sororis ꝓneptis. Ad dorsum harum sunt
alie quattuor. prima vir sororis olim relictus.
scđa vir filie sororis: tertia vir neptis sororis:
quarta vir ꝓneptis sororis. Ponunt etiā alie
due cellule. vna a latere dextro cōtinēs relict⁹
relicte fratris: a sinistris. relicta relicte sororis
que ſm omnes ponunt ad decorem ⁊ ad demō
strandum genera affinitatis que hodie ꝓhibi
tionē nō hn̄t. Adhuc habes duas lineas refle
xas quarum vna oritur in cellula fratris: ⁊ termi
natur in cellula viri sororis: in qua scribit pri
mū genus affinitatis. item alia linea reflexa:
que orit in cellula sororis: ⁊ terminat in cellu
la vxor fratris: idē scribit. ¶ Circa hoc que
re: quare in cellula vxor fratris scribit olim re
licta? quod nō ponit in alijs cellulis inferiori
bus eiusdem linee. ⁊ dic hoc factum fuisse pro
pter cellulam que ponit ad dorsum illius. q. d.
frater habuit vxorem. mortuo fratre: vxor ab
eo relicta ꝯtraxit cum alio viro: illa demū mor
tua: iste relict⁹ a relicta fratris: vult ꝯtrahere
cum sorore: nunqd potest? olim nō poterat. qꝛ
erat sibi i scđo genere et p̄mo gradu. hodie ve
ro potest. Idem sit repetitū quo ad cellulā vi
Regula ri sororis. ¶ Ad cognoscendū ergo grad⁹ affi
nitatis ⁊ gen⁹: tam ex forma arboris ꝙ ex pri⁹
dictis. tolle hanc solam regulam magistralem.
Per carnalē copulā viri ⁊ mulieris: inter con
sanguineos mulieris ⁊ virū. ⁊ inter cōsangui
neos viri ⁊ mulierē: ꝯtrahit affinitas p̄mi ge
neris: ⁊ eiusdem gradus cuius est cōsanguini
tas. ¶ Quare dicat in regula p carnalem co
pulam viri ⁊ mulieris. ⁊ nō viri ⁊ vxoris. colli
ge ex his que in principio dixi. ¶ Inter ꝯsan
guineos mulieris ⁊ virum. ⁊ cōsanguineos vi
ri ⁊ mulierem: idō dixi: qꝛ inter virū ⁊ mulierem
nō ꝯtrahit affinitas: vnde duo fratres cōtra
hunt cum duabus sororib⁹: pater ⁊ filius cum
matre ⁊ filia. Sed est affinitas inter cōsangui
neos mulieris ⁊ ip̄m virū: ⁊ cōsanguineos vi
ri ⁊ ipam mulierem. s. de ꝯsangui. ⁊ affi. ꝙ sup
his. ¶ Primi generis quare dixerim: etia ex
supioribus patuit. ¶ Et eiusdem gradus cui⁹
est cōsanguinitas: vide hoc in arbore: nam fra
ter ⁊ soror sunt in p̄mo gradu ꝯsanguinitatis:
maritus sororis est fratri in primo gradu affi
nitatis. ⁊ sic vxor fratris sorori. filia sororis: ē
filio fratris: ⁊ ipi fratri: in secūdo gradu con
sanguinitat: marit⁹ ei⁹ in scđo gradu affinita
tis. ⁊ ecōuerso. ⁊ sic in reliquis. vnde vir ꝓne
ptis sororis: attinet fratri ⁊ omnib⁹ descendē
tib⁹. q̄ sunt in arbore: quarto gradu affinitat:
et hoc idō: qꝛ toto gradu ꝯsanguinitat attinet
p̄dictis ipa ꝓneptis. ¶ Qui sunt in arbore.
idō dixi: qꝛ si ꝓnepos fr̄is haberet filiū: ille ex
cederet lineam equalitatis. ⁊ sic attinet quīto
gradu ſm regulas traditas in prima arbore.
¶ Post hoc notandū est illud p̄cise nō sequi
tur. ego ⁊ tu sumus affines. ergo filius quē ꝓ
creo est tibi affinis. Nam interdū filius meus
mutat genus attinētie: qꝛ ego sum tibi affinis
et ipe ꝯsanguineus. interdū nil attinet tibi. in
terdum mutat gradum. interdū nec mutat ge
nus nec gradum. Exemplū. si ego ⁊ tu sumus
affines p appositionē mei: q. s. ꝯtraxi cum con
sanguinea tua: sit ex dicta ꝯsanguinea tua fili
um ꝓcreo: ille est tibi ꝯsanguineus nō affinis.
Sed si ego marit⁹ ꝯsanguinee tue: ex alia mu
liere filium ꝓcreo. ille nec est tibi cōsanguine⁹
nec affinis. Si vo tu ꝯsanguine⁹ vxoris mee:
filiū ꝓcreas. hic filius nō mutat genus attinē
tie: qꝛ tu pater es mihi affinis: ⁊ ipse affinis. S
si tu ⁊ vxor mea eratis in equali linea. vel ine
quali. ⁊ eras remotior. quia tu eras in tertio.
ipsa in scđo vel p̄mo: tunc ipe filius mutat gra
dum: quia tu pater es mihi in tertio gradu af
finitatis. ⁊ ipe mihi in q̄rto. Si vero tu ⁊ vxor
mea eratis ꝯsanguinei in linea inequali: sed ⁊
vxor mea erat remotior: vt qꝛ ipsa i tertio. ⁊ tu
in scđo: tunc filius tuus nō mutat genus nec
gradum. qꝛ tu mihi affinis ⁊ ipe affinis: tu in
tertio gradu. ¶ Item no. ꝙ istud etiā nō seq
tur: ego ⁊ tu sumus affines. ⁊ ego nō possum ac
cipere filiam tuam: ergo nec tu meam. qꝛ si ha
beam ꝯsanguineam tuam in vxorem. tu bn̄ po
tes cōtrahere cum filia mea quā habui ex alia
muliere. qꝛ affinitas nō cōtrahit inter consan
guineos viri ⁊ cōsanguineos mulier's. sed in
ter virū ⁊ cōsanguineos mulieris. ⁊ inter mu
lierem ⁊ cōsanguineos viri: vt dixi. ⁊ ꝓbat. s.
de cōsangui. ⁊ affini. ꝙ sup his. Sꝫ ego nō pos
sum cōtrahere cum filia tua: nisi forsitan illa
excederet quartū gradū. vt qꝛ esset in quinto.
et est simile ſm ꝙ dixi. s. in prima arbore cir
ca finem. ¶ Nunc querit an affinitas inter a
scendētes ⁊ descēdētes habeat ꝑpetuam ꝓhi
tionem. an extendat tm̄ vsqꝫ ad quartū gradū?
Et si teneremus opinionē Hoff. d qua dixi. s.
in arbore prima circa mediū. diceremus ꝙ vsqꝫ
ad quartū gradum tm̄. Sed tenendo cōtrariā
opinionē. dicemus ꝙ ꝓhibitio sit ꝑpetua. Dic
enim textus. ꝙ ita abstinere debem⁹ a cōsangui
neis vxoris: vt a proprijs. s. de cōsangui. ⁊ affi.
c. j. xxxv. q. iij. de ꝓpinquis. ⁊ c. equaliter. Si
ergo inter cōsanguineos ascendētes ⁊ descen
dentes ꝓhibitio extendit in infinitū: ergo in
ter affines. ad idem insti. de nup. §. affinitatis.
et dicit lex ꝙ tales affines ascēdentes: ⁊ descē
dentes: habent loco parentū ⁊ liberorū. ff. de
gradi. l. nō facile. §. ⁊ retro in fi. ¶ Eodem mō